



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XI. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen und vereignen dem Kloster Marienpforte vier Hufen im neuen Felde bei Boizenburg, am 6. April 1292.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XI. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen und vereignen dem Kloster Marienpforte vier Hufen im neuen Felde bei Boizenburg, am 6. April 1292.

Otto et Conradus, dei Gratia Brandenburgenses et de Landelberge marchiones, universis Christi fidelibus has litteras cernentibus in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore simul labantur cum fluxu temporis, Expediit, ut ea, que coram nobis aguntur, voce testium et scriptis authenticis perhennentur. Igitur notum facimus omnibus, tam presentibus quam futuris, quod domine abbatisse ejusque ecclesie in Boycenburch seu cenobio quatuor mansos sitos super novo campo in eadem boycenburch cum omni iure et proprietate vendidimus perpetuis temporibus pacifice possidendos, abrenunciantes omni juri, quod usque ad hec tempora habuimus in eisdem. Et dicta domina abbatissa nobis pro quolibet manso dederunt novem marcas argenti Brandenburgensis. Ne igitur huiusmodi vendicio in posterum per nos aut nostros heredes valeat irritari, prefens damus scriptum sigillorum nostrorum munimine roboratum. Huius rei sunt testes Johannes de Oldenulith, Dapifer, Fredericus de Ecstede, Bussio de Bellinge, Otto, pincerna, Gallo, advocatus, Thiethardus de Wuzftrow, milites, ac dominus Johannes de Kouzc, clericus, et quam plures alii fide digni. Actum ac datum anno domini Millefimo CC° LXXX secundo, in Lyvenwalde, In die pasche, per manum Zacharie, nostri notarii.

XII. Die Markgrafen Otto, Conrad, Johann, Otto und Heinrich verkaufen dem Kloster Marienpforte drei Talente jährlicher Hebung im Dorf Warthe, am 1. Juli 1295.

In nomine Domini Amen. Otto, Conradus, Johannes, Otto et Hinricus, dei gracia brandenburgenses et de Landelberge Marchiones, universis Christi fidelibus, presentes litteras audituris noticiam subscriptorum. Decet excellenciam nostram, personis religiosis assistere condignis favoribus et subsidiis opportunis, maxime in terris nostris degentibus, que propter amorem Jesu Christi spretis mundi huius illecebris seculum reliquerunt. Ad universorum igitur noticiam tenore presentium cupimus pervenire, quod dilectis nobis in Christo sanctimonialibus conventus Ordinis Cysterfensis, in clauetro Boycenburch deo famulantibus, de parili consensu heredum nostrorum in villa nostra Warthe tria talenta denariorum monete brandenburgensis de primo censu nostro in vigilia beati Martini singulis annis extorquenda, pro triginta marcis argenti brandenburgensis vendidimus et donavimus cum omni iuris integritate rationabiliter in perpetuum, absque omni servitio et impedimento et impetitione et quacunque precaria violenta, conferentes eciam dictis sanctimonialibus in vero ac iusto feudo, quiete ac pacifice perpetuis temporibus feudali tytulo possidenda. Adicimus preterea si (cives) de Warthe censum sive tributum dictis sanctimonialibus expirato termino debite non de(derint) — — extunc prefectis eiusdem ville quicumque fuerint, a suis civibus sine iussu nostro — — — — ceptabit. Id ratum omnino tenebimus atque gratum. U(t autem) huiusmodi ven(dicio — atque) firma permaneat et perpetuo inconcussa, presentes litteras in evidens testimonium